2.87

(26v) ~~[illegible]~~ pendebantur ibi extra menia proiciebantur hic nervum pro theolonio dabant ibi in mortem repentino Principum intuitu currebant hic aures propias cogebant comedere hic aliter et ~~alter~~ alter multabantur. Consulte vir si videre voles silencio considera videbis

(27a) | theutunicos tinctis vestibus calamistratis crinibus perfidis visibus astutis salutacionibus in salutando dolosis genuflexionibus fictis gratitudinibus et aliis plusquam plurimis sophisticis curtasiis inherere omnino undique et semper rancosos fore in prelio nil valere infringunt iura roborata et approbata antiquitus propinantque nova de veteris propriis capitibus iura pro se quisque valencia pro amicis qui eos copiosius numerant iniustissimus is fit iustus Aliciunt principes barones et clientes cum ipsis compaternitatis affinitatem contrahunt ipsis contrahunt hos munerant ipsorum familiam et homines dum pro maleficiis puniri debent eximunt protegunt et liberant ut viceversa hostilitatis tribulacionis et fuge temporum ipsorum municiones et castra eis in refugium sint aperta ut eciam sic latere parate queant quousque ipsorum nepharia fuerint complanata Nota principes terrarum quod nondum sciunt

u9 (nullus) sciant iam quod unus teutunicus legatus aut nuncius ~~sit~~ fidelis Theutunicus a principe una legacione usus Germaniam ytaliam aut alias susscepta peractaque sit quomodo semper dives Nam primo in itineris expedicione habundanter repletum sint marsupium tandem ~~[illegible]~~ mercator in legacione principis theutunicus castrum pro